

Kojalowicz, Albertus Wijuk T1677

Miscellanea rerum ad statum ecclesiasticum  
in magno Lituaniae ducatu pertinentium.  
Vilnae 1650. (6)+128 s.

Gad. n:r 2003.

Inb. ~~410~~



MISCELLANEA  
RERVM  
Ad Statum Ecclesiasticum  
IN MAGNO LITVANIÆ  
DV C A T V.  
pertinentium.


*Collecta*

*ab*

ALBERTO WIIVK KOIAŁOWICZ  
Societ. IESV, S. Theol. Doct. Almæ Vniuer-  
sitatis Vilnensis Procancellario, & Ordin-  
ario S. Theol. Professore

*vulgata*

SUPERIORVM PERMISSV



VILNÆ, Typis Academicis,  
ANNO DOMINI  
M. DC. L.



ILLVSTRISSIMO AC REVÉ-  
RENDISSIMO DOMINO, D.

GEORGIO TYSZKIEWICZ  
EPISCOPO VILNENSI

Senatus Magni Ducatus Lituaniae Principi.

CUM ex Episcopatu Samogitie ad Vilnensem,  
Tuo merito, nostrum verò omnium voto, eue-  
llus; Vilnam urbem Dioceseos principem, &  
Honoris Cathedram, auspiciatō ingredi paras: infiniti  
sunt, qui vota sua, gratissimo Tue dignitatis spectaculo-  
coronatur, iam totis affectibus, obuiam effunduntur.  
Mibi verò precurrendi etiam alios necessitatē, debi-  
ta in Te obseruantia, imposuit: si necessitas rectē dici  
potest; sub quam prona voguntas suo ingenio fertur.  
Libet tamen necessitatē nomen non fugere, ut ex inge-  
nuā debiti professione, tantum de officio meo decrescat,  
quantum beneficia Tua assurererunt. Nihil enim  
est, quod non debeam Tibi cum Parente instituti mei  
Soc: IESV, quam semper eximis benevolentia com-  
plexus es: nihil, quod non debeam cum altrice studio-  
rum meorum Alma Vniuersitate Vilnensi, que ut  
haec tenus singularem protectorem semper experta est,

ita nunc Cancellarium suum prona veneratur : nihil, quod non debeam ipse prome; nimis Beneficentie Tuae undiq<sup>u</sup> obligatissimus. At que mea, ex Tui præsertim conspectus ad audendum benigne inuitantis influxu, morositas est : ut primum coram te consili, oblitus pendendi debiti, nihil amplius eloqui possum, quam noui beneficii postulationem. Occasione destinata Historia Lituana plura Lituaniam concernenti, subsecutis horis concessi : quorum partem aliquam, ut ea posteriorum memorie affereretur, in hunc libellum Miscellanorum relatam, vulgare destinavi. Istius igitur mere tam exiguae opere, pretium apud Te Illustrissime Presul querere audeo : neq<sup>ue</sup>; aliud, quam ut paucis hisce pagellis, sub Tuorum syderum benigno aspectu, in lucem prodeuntibus, oculum mentemq<sup>ue</sup> breuiter commodes. Nihil quidem illæ Tua oratione dignum habent ; neque tamen repulsam timent : quia ad eam auertendam satis apud Te erit, quod res aliquas ad Lituaniam & Statum Ecclesiasticum pertinentes, contineant.

Illustrissima Tua Celsitudinis

seruitor

ALBERTVS W. Koiášowicz  
Societ. JESV.